

LINNÉ

CENTURIA INSECTORUM
RARIORUM



D. D.

CENTURIA INSECTORUM RARIORUM

QUAM

CONSENT. EXPERIMENTISS. FAC. MED.

In REGIA ACADEMIA UPSALIENSI,

PRÆSIDE

NOBILISSIMO ATQUE CELEBERRIMO

D:O DOCT. CAROLO

VON LINNÉ,

EQUITE AURAT. DE STELLA POLARI.

S:Æ R:Æ M:TIS SVECIÆ ARCHIATRO.

MEDICIN. ET BOTAN. PROFESSORE REG. ET ORD.

ACAD. SCIENT. UPSAL. HOL. PARIS. PETROPOL. BEROL.

BERNENS. LONDIN. ANGL. IMPER. EDINB.

MONSPEL. TOLOS. ET FLORENT.

MEMBRO.

PUBLICO EXAMINI SUBMITTIT

BOAS JOHANSSON,

CALMARIENSIS.

IN AUDIT. CAROL. MAJ. D. XXIII. JUNII.

ANNI MDCCLXIII.

H. A. M. S. 1763/10

UPSALIÆ.



Universitates Academicæ Vol VI No 121

6p 392-415

REGERINGS · RÅDET

Uti Surinam

Samt

ÓFVERST · LIEUTENANTEN,

VÅLBORNE

HERR C A R L

GUSTAF

DAHLBERG,

HÓGGUNSTIGE HERRE.

Chas. W. Richmond

Jag har trott, att ej tydligare kunna å daga låg-
ga den vördnad, med hvilken jag flere gån-
ger, i närvarande afhandling tecknat Vålborne
Herr Ófverste-Lieutenantens Namn, än om jag
fatte

LC Card; 30-16765

42
463
175
1763 SONHRB

fatte Det til en prydnad för detta lilla arbetet. Såsom okänd af Vålborne Herr Öfverste-Lieutenanten, vågar jag mycket, men hoppas likväl att denna min driftighet, ej omildt anses, hvaremot det Åreminne, som Vålborne Herr Öfverste-Lieutenanten, genom sinå förtjänster, åfven förvärfvat sig af Natural Historiens idkare, skal hos mig blifva så beståndigt, som den förbindelse, med hvilken jag i diup vördnad framhårdar, att vara

VÅLBORNE
HERR ÖFVERSTE-LIEUTENANTENS

ödmjukaste tjänare
BOAS JOHANSSON.

Lands CAMMERERAREN
I Calmare Lån,
ÅDEL och HÖGAKTAD,

HERR J O H A N
JOHANSSON,
MIN KÅRE FADER.

Så öfverflödande, som min kåre Faders hierta, alltid varit af kärlek och omsorg för mitt väl, så upfylt är ock mitt sinne, med vördnad och årkiänsla. Min kåre Fader har i sielfva vårcket å daga lagt sitt öma sinnelag för min välfärd, men jag måste stanna i blotta önskan, att framdeles kunna visa mig en så vårdande Faders sinnelag och hyllest värdig. Då jag upoffrar Eder, Min kåre Fader detta Academiska arbete, som på Eder bekostnad utgifves, kan således aldrig vara min tanka, at härigenom afbörda någon del af min förbindelse emot Eder godhet; tvertom den fördublas snarare, men gifver mig tillika angenåmaste tilfälle, att göra Min kåra Faders godhet allmän, och at försåkra, det jag i iven nit, och ifriga böner, anropar Allmagten, för en huld Faders, och öm Moders långvariga och sälla lefnad, under det jag stådse lefver

MIN KÅRE FADERS

BOAS JOHANSSON
Lydigste son
BOAS JOHANSSON.

DSI

LANDT-RÅNTEMÅSTAREN

ÅDEL och HÖGAKTAD,

HERR J O N A S
WIDEMAN,

MIN HULDASTE MORBRODER.

Skulle årkånslan alltid vara jämkad efter förtjåsten, då vågade jag intet, med en så ringa veder-gålning ben-öta all Eder mig visade godhet och ynnest. Några flycktiga diurs beskrifningar, fin-ner jag sielt, intet vara svarande, emot Eder be-flåndiga hulldhet emot mig, och dock har jag in-tet bättre offer att frambåra. Uptag derföre Min Huldaſte Morbroder denna min menlöſa vårdnad, ſåſom ett vedermåle af den tackſamhet, ſom inta-ger mitt hela ſinne. Gör Himmelen min kåraste Morbroders dagar många och ſålla, då upfylles min önskan och min ſtörſta fågnad; ſom intill mitt ytterſta framhårdar, at vara

MIN HULDASTE MORBRODERS

ödmjuka tjneare

BOAS JOHANSSON.

*Naturæ solertiam, nulla ars, nulla manus,
nemo Artifex consequi potest imitando. Cicero.*



D. D.



scientiæ quævis, æque ac imperia, suas habent vicissitudines, quibus adolefcunt, florent, decrescunt, & deprimuntur. Illa scientiæ naturalis pars, quam, inde ab *Aristotelis* ævo, liberalitati *Alexandri Magni* acceptam referimus, densis tenebris occultata fuit, & quamvis

inclarescere diu magnoque molimine tentaverit, tantis tamen præpedita est obstaculis, quanta *Astronomi* dudum superarunt. Hi scilicet, studio & arte, cœli contemplantés cursum, notitiam siderum, ut ut remotissimorum, sibi adquisiverunt solidam, & adquisitam optime disposuerunt; *Zoologi* vero conqueri de eo fatorum turbine coacti sunt, quod, animalium ante oculos, ne dicam pedes, quotidie sibi obversantium cognitione omni ferme sint destituti.

Regnum, quod dicunt Animale, in sex commode factis dividitur provincias, quarum unam incolunt **INSECTA**, quibus in describendis, nostra nunc versabitur opera. Incolæ hujus provinciæ, mira quidem sunt animalia,

A

malia,

malia, Pedum numero, animalibus ceteris, quibus perfectiora sunt corpora, longe præstant; cuique enim sex saltem, variis autem plures competunt pedusculi. Comuni quidem fruuntur aura, quam tamen non ore, non capite, sed laterum quibusdam hauriunt spiraculis. Sensu, quem dicunt *Antennas*, organico gaudent, perspicaciam nostram profus eludente, quippe quo ipsi caremus. Sunt quidem instructa *Capite*, quod vero, si unquam, certe hoc singulare est, & mirandum, cerebro enim destituitur omni; etenim fibra medullaris, quamvis non prius, quam in ipso capite desinat, ibi tamen in molem organizatam vix glomeratur. Hæc denique, ad unum omnia, animalia, suis vestita *offibus* cataphrasta & quasi loricata, mirifice incedunt. Proprietates hæcuius admirationem moverent maximam, nisi majori miraculo triplex esset forma, qua trinam quasi metamorphosin pleraque subeant; Hæc varium habent statum, quo non observato, alter ab altero, dignosci vix potest. Hæc animantium turba, numerum, in arido sibi vindicat maximum, molem vero minimam constituit; at vero, ut multitudine, ita opere, ceteris longe antecellit.

Ab antiquissimis inde temporibus, hæc volatilia fuere parvi æstimata; quin immo, noxia eadem, & nescio quid abominandum, nemo non habuerit. In primo rerum initio, insecta non extitisse, atque sic non ordine naturæ solemni, sed generatione æquivoca produci, credula statuerat antiquitas, donec felix posteritas eos genuit viros, qui naturæ penetralia jugi studio petentes, cimelia eiusdem paulo sibi familiariora reddere occiperent. De insectis, nihil certi, perspicui saltem nihil, nobis improvida & negligens reliquit vetustas; Licet fateamur, communi litterarum palingenesiæ initio, radios quosdam luminis affulgere scientiæ entomologiæ incepisse, per

per paucos tamen iustoque languidiores, ita ut nostris demum temporibus in aprico posita videatur. Historia insectorum literaria, in tres adposite omnino distribuitur EPOCHAS, quarum prima, agmen ducit seculi sui jubar *Conradus Gesnerus*, qui indefessa, quæ ejus erat naturam rimandi aviditas, omnes historiæ naturalis partes versavit. Dein *Moufettus* natione Anglus, in scenam prodiens artem insecta tractandi, profiteri paravit. Tum *Aldrovandus* Italus, in hac re, multum quidem sudavit, at nomine magis, quam omine. His denique *Jonstonius* successit, sed ea tantum, quæ priorum diligentia fuerat elucubrata, expilatum ivit.

Qui secunda Epocha res naturæ perscrutati sunt, felicis distinctiusque in horum animalium cognitione procedere coepti sunt; namque historiam illorum, ab ovo ipso ad ultimam senectutem perlustrarunt, vitam eorum, victum, immo ipsam, quam mireris, metamorphosin contuentes. Quid, quod exquisitius insecta efficta & expicta in ære imprimenda curarunt, & ea quidem arte, ut imagines agnoscere quivis facile posset. Huic peragenda rei, omnium primi, summo inserviere opere *Hoeffnagelius* & *Goedartus*, viri pingendi arte clari, quos *Lister* ingenio acutissimus, unacum *Blancardo*, secutus est, donec *Swammerdamius*, quo laboris patientior non fuit alter, hanc rem publice tradendam sibi sumeret, in qua laboris multum, plurimum virium consumpsit, ita quidem, ut sibi haud satis duxerit, formam Insectorum considerasse externam, sed anatomen eorum, ad miraculum usque subtilissimum secutus sit. *Merianam* matronam, belle & festive omnino, curiosam, ea tantum, quæ alit Europa, insecta pervestigasse haud contentam, tantus ejusmodi deliciarum permulsi atque allexit amor, ut, trans mare infestissimum, Surinamum usque Americæ, se insectis delectandi gratia

A 2

iter

iter iniverit. *Rajus* mire sedulus in descriptiones insectorum componendas, ultimum senectutis tempus impendit. Quæ habitent in Anglia, insectorum examina, *Albinus* affabre delineavit. *Frischius* denique, quam Germania habeat insectorum copiam, enodatus exposuit.

EPOCHA tertia hanc scientiam, longe abundantiori auxit luce, Nob. Dom. PRÆSES entomologicam disciplinam, in formam systematis redegit, insectis in ordines naturales dispositis, eorumdemque generibus rite constitutis, quæ, pro sua perspicacia, dilucidis & determinatis, adumbravit characteribus; adeo ut, e tenebris quasi evocata, in lucem pleniori processerint gradu. Eodem vero tempore, in hujus disciplinæ laudem & dignitatem, nova effulsit lux, insigne puta Galliæ Decus *Leaumur*, qui hanc doctrinam, a primis principiis & staminibus repetens, quodvis insectorum, ab ovo inde, ad sepulcrum usque sequendo, intentionisque oculorum acie, formam, anatomiam, vitam, victum, & mores eorum perlustrando, immortalitati dudum commendavit nomen. Hunc, Aulæ Mareschallus Dom. *De Geer*, tenore uno, eademque perspicacia, continuavit laborem. Paulo aliquanto post, *Roefel* Germanus, & laboris & honoris, se præbuit æmulum, æmulis vero palmam præripuit figuris vivido prorsus colore efformatis, id effecit, ut hæc, cuius grata acceptaque, fuerit scientia. In hoc deinceps opere, *Wilkes* Anglus, suum consumpsit laborem, multa vero a *Roefel* mutuatus. *L'Amiral* Hollandus, insectorum figuras egregiæ & miræ pulchritudinis, omni diligentia nunc edendas pervulgandasque curat. Præter Araneas Ivecicas Phalanas novas formosissimis figuris ornatas, in lucem edidit Nostras *Clerk*, cujus vero opere novissimo, de Papilionibus Indicis, a Musco Ser. Reginæ mutuatis, vivido colore illustra-

Iustratis, quidquam pretiosius, vel splendidius, an quisquam viderit, merito ambigitur. Scilicet ibi quasi coram intuearis Papiliones, & qua formam, & qua numerum, insignes, ea abundantes venustate, qua leuissimis longe antecellant flosculis. Quare nihil esset optabilius, quam ut hoc typis divulgaretur opus, cujus quidem pauca admodum exemplaria sunt impressa. Physici, postquam moram, quam objectorum naturalium fecerat multitudo, beneficio disciplinæ systematicæ, concinne & perite constitutæ, tollere incepissent; si interius mox penetrarent & pressius inquirere in naturæ œconomiam & politiam, operæ pretium se facturos iudicarent; sic enim uberrimam nobis dari occasionem, singularem Summi Artificis, considerandi admirandique œconomiam, & quod ad præsentem usque diem fere fuisse umbratile, luce palam, intuendi, quomodo insecta animalium minima, quorum officii remotis, naturæ œconomia torperet, maxima onera laboris sustineant. Ea veritas, qua asseritur, Deum nihil frustra produxisse, sed, quæcunque creaverit, valde fuisse bona, tam oculos, quam animos naturam intuentium abunde satis pavit. Quamvis enim insecta nostræ œconomiae sapius officere putemus, eam tamen posthabendam esse œconomiae totius universæ, nulli dubitamus. Quemadmodum præterea, medicinam facturos, constitutionem hominis valentis, & naturam corporis, prius cognovisse, haud mediocriter juvabit, ita, si œconomiae privatæ ab universali quodammodo turbatæ & afflicta succurrere velimus, e re certe nobis erit, prius intellexisse, unde & a quo fonte incommoda exundent; quem ad recludendum, perperam adnitimur, nisi hanc disciplinam diligentius colamus, ea notantes insecta, quæ œconomiae nostræ maxime noceant. Quod dum agitur, eveniet simul, ut stupenda naturæ miracula, ad debitam venera-

tionem piamque admirationem Summi Conditoris, totos nos convertant & rapiant.

Nostra, quæ jam agitur, ætas, tantum in cognoscendis insectis profecit, ut töt sibi habeat insectorum millia perspecta, quot orbis litteratus, ante dimidium circiter seculum, pernosceret centurias. Hæc animalcula adeo ordinate sunt disposita, nominibus genericis, characteribus, differentiis specificis, synonymis denique, in systemate, Naturæ Nob. Dom. Præsidis, editione decima, adeo distincta atque ornata, ut, haud multo post plantis ipsis, nihil, parum certe, cedant, & multitudine, & ordine, quem Botanici haud pauci diu multum & multo labore quæsierunt. Ante dimidium, & quod excurrit, seculi spatium, viri scientia Botanica, alioquin clarissimi, alto, quod ajunt, supercilio, minimos despexerunt muscos, qui tanto dudum pretio invaluerunt, & æstimatione, ut celeberrimus quisque Botanicus, novum detegere potuisse, insigni sibi honori ducat. Greges insectorum veteribus tanto fuerunt fastidio, quantæ æmulationi recentioribus, nova quævis indagandi insecta. Nostris temporibus, quodlibet Europæ regnum, multis, magnique nominis Physicis gloriatur & superbit, qui omnem operam, studium omne, novis copiis scribendis, & insectorum exercitui jungendis, navant. *Scopoli Fauna Carniolica*, una cum *Göiani Fauna Monspeliensi*, quarum utraque quodvis novi & inauditi nobis promittit, communiter & avide expectatur. Acta Eruditorum, rebus in hac disciplina, nuper inuentis, passim nitent.

Ad hanc Academiam, in litterarum studiis dum versor, duas, præ ceteris addiscendis, cura & attentione, qua possim, disciplinas proponi exaudio, medicinam scilicet, & Historiam Naturalem. Hujus particula, de Insectis, illis juxta, quæ nondum fuere divulgata, accuratius

ratius notatis, oblectamentum mihi attulit maxime insignis, quod Nob. Dom. Præses, mirifice adauxit, mihimet multas, & eas quidem rarissimas, demonstrando insectorum species, quas, Domino Doctore *Garden*, in provincia CAROLINA, habitanti, nec non Domino Protribuno militum *Dahlberg*, SURINAMO, reduci, Domino *Noordgren*, in insula JAVA habitanti, ceteris, acceptas refert; ut taceam rarissima plurima insecta e PENNSYLVANIA Americæ septentrionalis missa ad Museum Nobil. *de Geer*. His naturæ deliciis blandius invitatus, petivi, mihi ut concederetur optio, unicam eligendi centuriam, quam ad obrussam determinatam, perattento litterarum orbi, proponerem, ut, Tirocinium Academicum editurus, hanc simul disciplinam, aliquantulum augerem atque ornarem. Cujus voti spes me eo melior tenet, quo certius constat, centuriam insectorum rariorem, quam Dominus *Jfac Uddman*, eleganter elaboratam, Aboæ, sub Præsidio D. D. *Leche*, edidit, omnibus in amore atque in deliciis fuisse habitam. Verum enimvero, hæc dum molior, fatendum est, me, & temporis & chartæ angustiis, adeo fuisse præpeditum, ut descriptionem tam prolixam, tam ornatam, tam denique perspicuam, quam optassem, conficere haud potuerim. Mihi vero, quod habet verbum, prora & pupis ea fuit, ut hæc nova a notioribus, rite distinguerem, & distincta ab oblivione atque a silentio hominum vindicarem. Itaque Tibi, Benevole Lector, centum species Insectorum, Indicorum & exoticorum, offero, quarum complures dignissimæ sunt, quæ ante oculos argutiores ponantur. Equidem vix credo, quod absque admiratione maxima quisquam visurus sit Cassidam spinificem, Cassidam bicornem, Crysmelam gibbosam, Gryllum brachypterum, Gryllum perspicillatum, Cimicem cristatam, Tripsem paradoxam, & Papiionem ecclipsin.

COLOE-

COLEOPTERA

1. SCARABÆUS *Tityus* thorace tricorni: intermedio maximo simplicissimo, capitis cornu recurvato simplicissimo.

Habitat in Pennsylvania. De Geer.

Similis Scarab. Herculi, totus lævis, glaucus, magnitudine Scarab. nasicornis. Thoracis cornu maximum, absque dentibus lateralibus, simplicissimum, sed subtus pubescens. Capitis cornu ascendens, etjam simplicissimum.

2. SCARABÆUS *Molosus* thorace bicorni, capitis clypeo integerrimo: cornu erecto, elytris lævibus.

Habitat in China.

Femina: *magnitudo Scarab. Rhinocerotis, ater. Clypeus capitis lunatus, integerrimus, margine elevato & stria elevata laterali utrinque. Cornu in medio clypei erecto. Thorax lævis, retusus, antice glaber: cornu sive dens versus latera antrorsum ascendens, paulo brevior cornu capitis. Elytra non striata.*

Similis Scarab. Lunari, sed major; nec clypeus emarginatus; nec thorax supra linea exaratus; nec elytra striata.

3. SCARABÆUS *surinamus* muticus niger, thoracis incisurarumque marginibus flavis, sterno porrecto.

Habitat Surinami.

Magnitudo Scarab. Stercorarii; totus lævis, niger. Caput ovatum, linea longitudinali flava. Thorax lævis marginibus lateralibus flavis. Scutellum mediocre. Sternum antrorsum prominens, flavum. Elytra lævia. Abdominis segmenta nigra, margine flava; ultimum supra maculis IV, subtus vero tribus flavis. Pedes nigri. Femora lutea, nigro varia. Digniti incurvati.

4. SCARABÆUS *capreolus* maxillofus: maxillis exfertis apice tantum furcatis.

Habitat in America septentrionali.

Simillimus Scarab. Cervo capite depresso truncato, sed maxilla absque dente laterali. Pedes rufi sunt.

5. DER-

5. **DERMESTES** *Gleditsiæ* subtomentosus piceus, antennis filiformibus, elytris striatis, femoribus posticis gibbosis.

Habitat in seminibus Gleditsiæ Americæ.

Facies *Derm. Pisorum*, sed duplo major. Femora postica valde crassa, non tamen vidi sultantem; sunt hæc mutica, nec dentata ut *Der. Pisorum*.

6. **DERMESTES** *bastris*, obsolete tomentosus subincanus, antennis filiformibus, elytris læviusculis, femoribus posticis gibbosis. *Jacq. hist. t. 170.*

Habitat in semine Bastris Americæ.

Simillimus Derm. Gleditsiæ, sed Elytra vix manifesta striata. Color totus glauco subincanus. Thorax absque punctis excavatis; ceterum simillimus. Femora colore corporis, nec ferruginea.

7. **CASSIDA** *spinifex* ferruginea, elytris angulo antico spina porrecta.

Habitat Surinami Dablberg.

Corpus fere triangulare, ferrugineum. Thorax longitudine capitis, antice attenuatus, angulis, posticis in spinam transversam productis. Elytra lævia, antice ad suturam angulata: angulis lateralibusque exsertis in spinam antorsum porrectam, longitudine thoracis. Latera elytrorum utrinque foramine ovato pervia in femina; in mare vero elytra nec spina, nec foramine gaudent.

8. **CASSIDA** *bipustulata* viridis, elytris maculis lateralibus duabus sangvineis.

Habitat Surinami Dablberg.

Corpus supra viride, subtus nigrum.

Thorax parum emarginatus. Elytrorum margo lateralis maculis duabus sangvineis, etiam in pagina inferiori cærulea conspicuis.

9. **CASSIDA** *bicornis* cyanea, elytris angulo antico spina truncata.

Habitat Surinami Dablberg.

Major; *tota cyanea*. Elytra *excavato-punctata angulo exteriori sive antico in spinam linearem truncatam producto*. Thorax *antice emarginatus*.

10. CASSIDA *leucophæa testacea* margine punctisque *flavis*.

Habitat Surinami.

Minuta & reliquis nostratibus minor. Margo *clypeum thoracem & elytra cingens, totus flavus*. Discus *elytrorum thoracisque testaceus sive staphyleus: punctis majusculis plurimis, luteis, elevatis*. Elytra *etiam punctis excavatis, vix conspicuis striata*.

11. COCCINELLA *sanguinea* elytris *sanguineis immaculatis, thorace maculis nigris*.

Habitat Surinami.

Magnitudo ut minoribus nostratibus. Thorax *niger, marginibus pallidis*. Punctum *pallidum utrinque versus latera thoracis*. Elytra *verissime sanguinea*. Pectus, abdomen, pedes *atri*.

12. COCCINELLA *Surinamensis* coleoptris *rubris immaculatis, thorace capiteque nigris*.

Habitat Surinami.

Magnitudo Cocci: 7 punctata. Caput, Thorax *Scutellum, pectus, Pedes nigra*. Elytra & Abdomen *rubra* Caput *minus quam in Europæis*.

13. CHRYSOMELA *gibbosa* ovata *nigra, elytris testaceis nigro punctatis: fascia media posticaque nigris*.

Habitat Surinami.

Corpus *magnum*. Coleoptra *medio versus futuram valde gibbosa*.

14. CHRYSOMELA *undulata* ovata *rufa, elytris fasciis tribus atro caruleis undulatis*.

Habitat in Java.

Magnitudo Cbr. Tanaceti: Thorax rufus, medio a-
tro-

atro-cæruleus. Elytra rufa: fascia prima latiori undata ad suturam antrorsum porrecta; secunda angustior, magis undulata; tertia in apice ad suturam coiens cum secunda. Antennæ, Pedes & antica Abdominis atro-cærulea.

15. CHRYSOMELA castanea ovalis castanea, elytris margine exteriori testaceo.

Habitat Surinami.

Media Thorax linea longitudinali & margine exteriori, uti etiam elytra, testacea.

16. CHRYSOMELA Gortereæ subcylindrica atra glaberrima, thorace elytrisque punctis IV flavescens.

Habitat ad Cap. Bo. spei in Krameria.

Magnitudo & statura Chryf. tota atra, glabra. Thorax vero nitidus. Elytra vix manifesta striato-punctata, puncta flavescens IV in singulis majuscula. Quorum II remota versus suturam interiori: altero ad basin, altero remoto ab apice; Tertio ad marginem exteriori versus basin, veniformi, quarto ad apicem elytri.

Thorax glaberrimus, nitidus: punctum ovatum ad singulum latus; tertium ad basin, rotundum quartum ad scutellum, oblongum minus, magis fulvum. Capitis frons puncto rotundo. Omnes maculæ luteæ; Pedes nigri & Antennæ corpore breviores.

17. CHRYSOMELA octopunctata oblongiuscula nigra, thorace testaceo, elytris punctis quatuor flavis.

Habitat Surinami Dahlberg.

Media. Elytrorum maculæ quatuor, quorum I. parva; II. III. parvæ, pares; IV major, ad apicem. Abdomen testaceum.

18. CHRYSOMELA punctatissima oblongiuscula viridi anea punctatissima, pedibus ferrugineis.

Habitat Surinami.

Magnitudo Cimicis, sericea, viride-ænæ, punctis quasi atomis minimis confertis dispersa.

19. **CURCULIO** *Oryza longirostris* oblongus niger, elytris maculis quatuor ferrugineis, femoribus muticis.

Habitat in Oryzæ seminibus ab exteris regionibus allatis.

Magnitudo grani oryzæ, totus niger sive piceo-niger, punctis cavis scaber, oblongus subtus piceus est. Elytra striata, in singulis macule due ferrugineæ, quarum prior ad basin elytri, posterior ante apicem elytri.

20. **CURCULIO** *surinamensis* longirostris cyaneus, elytrorum lateribus antice gibbis.

Habitat Surinami.

Magnitudo Pisi. Elytra postica contractiora.

21. **CANTHARIS** *bicolor* rubra, elytris postice violaceis.

Habitat in Senegal.

Statura omnino *Cantharidis rubræ*, sed dimidia Elytrorum pars postica violacea nitidissima. Antennæ nigrae sunt.

22. **CICINDELA** *æquinoctialis* flava elytris fasciis duabus nigris latis.

Habitat Surinami.

Media. Totum corpus flavum. Oculi nigri, minus prominuli. Thorax longitudinali linea excavata. Elytra obtusissima, singula striis decem elevatis acutis; Fasciæ duæ totam fere alam tegentes, undatæ.

23. **CICINDELA** *carolina* cyanea nitida, elytrorum apicibus antennis pedibusque flavis.

Habitat in Carolina Garden.

Corpus magnitudini *Cicind. campestris*, viridi-cæruleum, æneo-nitens; at os, oculi, antennæ, palpi, pedes toti & elytrorum apices flava. Elytrorum apices flavo macula sublunata laterali.

24. **ELATER** *ligneus* ferrugineus, elytris mucronatis.

Habi-

Habitat Surinami Dabberg.

Corpus fere majus nostratibus, colore subferrugineo & fere ligneo. Antennæ vix thorace longiores, nigrae, excepto primo articulo. Thorax oblongus admodum, medio longitudinaliter glabro. Elytra substriata, quasi costa distincta longitudinali pallidior, & margine laterali simili; apices elytrorum pallidiores valde mucronati.

25. MELOE *Chrysomeloides.*

Habitat Surinami.

Corpus chrysomela, totum viridi-cærulescens, subtus nigro-subviolaceum. Antennæ nigrae. Palmæ nigrae.

26. TENEBRIO *Gigas* alatus ater elytris striatis thorace lævi.

Habitat Surinami.

Magnitudo *Scar. Cervi.* Thorax marginatus, non nitens. Elytra obtusa, striata satis profunde. Antennæ clavatae, longitudine thoracis.

HEMIPTERA.

27. GRILLUS *unicornis* M. thorace lævi, elytris viridibus alis apice striatis, vertice subulato, antennis pectinatis.

Habitat in China.

Magnitudo & statura *G. M. Religiosi* vertex capitis in spinam antice capite longiorem prominens, Antennæ longitudine thoracis, utrinque pectinatae. Thorax linearis, lævis, fere triquetus. Elytra viridia, oblique venis striata. Alae, v rescentes, elytris paulo longiores apice fusco striato. Abdomen plicatum. Tibiæ antice dilatatae, spinulis ciliatae, majoribus spinis interstinctae. Palmæ bis ciliato spinulose. Tibiæ 2:di 3:ii parvis sub apice lacinulam habent.

28. GRILLUS M. *carolinus* thorace subciliato subcarinato, elytris albidis fulco-nebulosis.

Habitat in Carolina.

Statura *G. M. religiosi.* Thorax oblongus, fere tri-

queter lateribus scabris. Elytra alaeque abbreviatae, albido fuscoque nebulosa. Pedes antice subtus dupliciter spinoso-ciliati.

29. GRYLLUS M. *irroratus* thorace laevi subcarinato, elytris viridibus punctis ferrugineis vagis.

Habitat in Carolina.

Similis G. M. religiosi, sed elytra & Alae abdomine breviora, 3. s. 4. punctis ferrugineis absque ordine digestis, apicibus flavescencia. Femora & Tibiae antice a latere postico dupliciter spinoso-ciliata.

30. GRYLLUS *Lunus* T. thoracis segmento posteriore crista femiorbiculata elytris nigris fasciis albis.

Habitat Surinami Dablberg.

Major. Caput ferrugineum. Thorax ferrugineus segmento postico carinato Christa compressa, valde elevata, semi-orbiculari. Antennae flavae. Pedes lutescentes, laeves. Elytra nigra, albo obscure reticulata fasciis plurimis albis inaequalibus. Alae nigrae.

31. GRYLLUS *Cinerarius* T. antennis longissimis, elytris deflexis.

Habitat in Brasilia De Geer.

Antennae longissima. Thorax cinerascens postice lobo rotundato. Elytra lateralia, deflexa paginis verticalibus: Costa recta venis marginalibus; margine superiore dimidiato ovato: inferiore lanceolato. Pedes cinerascetes.

32. GRYLLUS *brachypterus* M. elytris ovatis angulatis brevissimis, alis longitudine abdominis.

Habitat Surinami.

Corpus fusco fuliginosum. Caput supra obscure ferrugineum. Thorax subelongatus, supra scaber, brevior quam in reliquis Mantis speciebus. Elytra brevissima omnium, ovata, obtusa, angulo humerali exstantia, supra cinerea, sub angulo ad latera nigra. Alae obscure nebulosae, convolutae & plicatae, longae. Notabilis elytris brevissimis.

33. GRYLLUS *javanus* T. cinerea, Elytris fusco maculatis.

Habitat in Java.

Antennæ corpore paulo breviores. Thorax compressus, dorso planus, postice rotundatus, lateribus fuscescens. Abdomen ovatum. Alæ cinereæ ut totum corpus, superiores maculis aliquot lunatis, longitudinaliter digestis, aliisque paucis fuscis. Ensis abdomine fere brevior.

34. GRYLLUS *perspicillatus* Alarum rudimentis ocello atro oculis aureis.

Habitat in Indiis De Ger.

Antennæ filiformes, corpore breviores. Corpus subtestaceum. Alarum elytrorumque loco lamina ovata; minima ocello orbiculari atro. Utrum alas acquirit ac larva sit ignoro; & facie perfecta esse videtur.

35. GRYLLUS *spinulosus* L. thorace spinis muricato cinctoque, corpore aptero.

Edm. av. 2. p. 161. t. 285. f. 3, 4, 5. *Habitat in Indiis Gryllos inter maximos numerandus. Antennæ filiformes, longitudine fere corporis. Thorax testaceus, spinis numerosis muricatus & postice margine spinoso cinctus. Abdomen supra nigrum maculis testaceis tessellatum. Alæ nullæ.*

36. GRYLLUS *succinctus* L. cinereus, thoracis carina margineque postico elytrorumque margine dorsali flavis.

Habitat in Java.

An Gryllus Elephas hujus larva?

Carina Thoracis partim elevata tribus incisuris notabilis linea sulphurea a vertice ab caudam & transversa per marginem posticum thoracis.

37. GRYLLUS *brevicornis* A. viridis, capite prominuto, antennis compressis longitudine thoracis.

Habitat in America septentrionali De Geer.

Similis Europæis, sed antennæ longitudine tantum thorac-

thoracis, compressæ. Caput antice subconicum, sed vix manifeste.

38. GRYLLUS *convolutus* A. thorace rotundato, corpore nigro nebuloso, elytris convolutis albidis.

Habitat Surinami.

Simillimus Gryllo campestri, sed triplo minor. Elytra convoluta simul, ut fere subulata. Cauda setis duabus.

39. CICADA *flammea* fronte rostrata adscendente tereti truncata.

Habitat - - - De Geer.

Minor Ci. Candelaria, tota superius sordide ferrugineo cinerascens. Elytra ad apices a pagina superiore punctis obscurioribus: tota vero striæ obliquæ secant, ut in serpentum cute.

40. CICADA *truncata* iridi-albicans, alis deflexis compressis, postice truncatis.

Habitat in Java.

Magnitudo Perla. Tota viridi-albicans, alis deflexis valde compressis, reticulato striatis, postice transverse truncatis.

41. CIMEX *ictericus* ovatus, supra incarnatus sub-
tus flavus, thorace acute spinoso.

Habitat in Carolina.

Medius. Caput, thorax Elytra incarnata. Caput prominens. Thorax argute utrinque spinosus. Oculi nigri, minutissimi.

Elytra subtus sanguinea. Alæ hyalinae, totus subtus & Pedes flavi.

42. CIMEX *cristatus*, rostro arcuato, antennis setaceis fusco ferrugineis, scutello cristato.

Habitat in Carolina Garden.

Major ullo Europæ. Antennæ rubræ, seticeæ, longitudine corporis. Caput minimum, collo angusto; Rostro incurvato. Thorax rotundatus utrinque antice spinula prominens. Scutellum thorace triplo majus, nigrum, carinatum. Crista elevata, octo-dentata; apice bidentatum; lateribus angula-

gulatum. Elytra ferruginea. Tibiæ rufæ. Abdomen dilatatum; sub ano puncta aliquot coccinea, forte sexus nota.

43. CIMEX scaber oblongiafculus testaceus, thorace angulato-spinoso, femoribus denticulatis, alis nigris.
Habitat in Java.

Corpus totum testaceum, scabrum. Alæ membranaceæ, nigre. Antennæ corpore paulo breviores, IV articulis. Thorax utrinque angulo recto subspinosis, & spinis bis elevatus. Femora omnia apice spinis instructa vix manifestis. Femora 1, 1, & 3, 3, subtus denticulata tribus denticulis.

44. CIMEX succinctus oblongus thoracis elytrorumque margine exteriori femorumque basi sanguineis.

Habitat in Pennsylvania De Geer.

45. CIMEX hæmorrhoidis oblongus niger, thorace spinoso, abdomine rufo, elytris testaceis punctis linearibus quinque nigris.

Habitat in America. De Geer.

Totus niger excepto abdomine rufo. Elytra testacea punctis sive lineolis duabus & tribus nigris.

46. CIMEX nobilis scutatus viridi-auratus nigro-maculatus.

Habitat in Java.

Magnitudo Aris Bombylii; ovatus. Caput viridi-æneum. Thorax viridi-æneus maculis 7 fusco-cærulescentibus. Scutellum viridi-æneum, tegens totum dorsum maculis trium parium cæruleis. Corpus subtus rufo-æneum. Abdominis segmenta singula subtus utrinque maculis duabus cæruleis. Antennæ fuscæ, corpore breviores. Femora omnia sanguinea. Tibiæ cæruleæ. Alæ fuscescentes: superiores costa marginali viridi-ænea.

47. COCCUS capensis. ovalis subtomentosus conico-gibbus apice opercolato.

Habitat ad Cap. B. Spei in ramis Gnaphalii muricati.

Simillimus Cocco Anidum, a quo differt quod 1:0 mi-

mus orbiculatus, sed magis ovalis. 2:o dorso magis gibbo & fere conico. 3:o superficie non glabra nitida, sed subtomentosa. Apex abdominis operculo nudo tectus; dum operculum discedit foramen tomento repletur.

48. TRIPS *paradoxa* fusca, elytris abbreviatis, antennis pectinatis fissilibus aiformibus.

Habitat in China Osbeck.

Magnitudo minoris Culicis. Tota fusca. Alæ fuscae, latiusculæ, Elytra lanceolata dimidio breviora. Antennæ longitudine thoracis, obtusissimæ, fuscae, basi albidae, fissiles in 8 vel 9 partes membranaceas. Dubii generis & singulare insectum.

LEPIDOPTERA.

49. PAPILIO *Ægisthus* E. T. alis fuscis viridescente maculatus; subtus subincarnatus maculis virescentibus rarioribus.

Habitat in China.

Magnitudo Pap. Apollinis Alæ omnes supra nigricantes maculis numerosis luteo-virescentibus, quarum ceteræ propiores magis longitudinales ad ductum corporis. Subtus omnes subincarnatæ, maculis rarioribus, minoribus, virescentibus, quarum una alterave in alis posticis subocellatæ centro nigro. Similis Agamemnoni.

50. PAPILIO *Polydorus* E. T. alis subcaudatis nigris concoloribus; posticis macula alba futuris sexfida lunulisque septem rubris.

Clerk: t. 33. f. 2.

Habitat in India.

Media. Alæ omnes nigrae. Posticæ concolores, vix caudatæ, sed potius angulatæ, margine lunulis septem nigris, subtus saturatoribus; in media macula alba futuris nigris distincta in maculas sex, quarum anterior major bifida. Thoracis latera & abdominis incisuræ ferruineæ. Differt a P. Polyte, quod margo alarum careat interstitiis albis; quod macu-

macula alba anterior reliquis major; quod corpus sanguinolentum; quod lunula posticæ fere reniformes, nec angusto lunares.

51. PAPHIO *Orontes* E. G. alis caudatis nigris albidovirescente fasciatis, caudis albis.

Clerk t. 26-f. 7.

Melius in hac genere. Alæ superiores integerrimæ: supra nigrae fasciis duabus, virescentibus, interiore dilutione latiore. Subtus nigrae fasciis tribus, albidovirescentibus, latioribus, bascos maxima. Posticæ valde dentatæ & breviores, caudatæ: supra fascia lata dilute virescente maculaque inter singulum dentem dilute virescente. Subtus dilute virescentes fasciis duabus saturate virescentibus præter puncta aliqua virescentia ante fascias; caudæ albidæ, obtusæ, valde distantes. Abdomen subtus luteum.

52. PAPHIO *Pbidippus* E. G. alis subcaudatis fuscis, subtus fasciis albidis, ocellis duabus caudaque ocellis geminis.

Habitat in Java.

Magnitudo 2. Antennæ filiformes, ferrugineæ. Alæ omnes supra fusca, immaculatæ, versus marginem exteriorem obsoletiores; subtus omnes griseæ, fasciis transversis, albidis griseæ, postice fasciis transversis albidis. Posticæ subtus ocellis duobus: uno ad angulum exteriorem: altero versus angulum posticum. angulus posticus apice fere in caudam obtusam desinit, in qua ocelli duo, parvi, approximati, cærulei.

53. PAPHIO *Medon* E. G. alis supra nigris: primoribus fascia lutea apiceque albo, posticis disco cæruleis. M. R.

Clerk t. 28. f. 1.

Habitat in Indiis.

Magnitudo 2. f. 3. Alæ primores supra atræ, apice albæ: fascia lutea. Posticæ nigrae, supra disco cæruleis. Subtus omnes alæ cinerascens, punctis tribus nigris ad basim.

fm. Primores fascia dividuata alba, apiceque albæ. Posticæ fascia demidatata e lunulis 5 albis & alia posteriore e maculis 6 subfuscis.

54. PAPILIO *Mucro* H. alis oblongis integerrimis nigris basi fulvis: primoribus fascia maculisque tribus flavis.

Habitat in China.

Alæ primores nigrae. concolores basi fulva maculis nigris; in Medio fascia flava; ante apicem puncta 3 f. ca; Margo tenuiter niger est. Inferiores alæ supra nigra linea fulva a basi fere ad apicem excurrente. Subtus nigrae, antice flavæ nigro maculatæ, margine postico tenuissimæ albo punctatæ.

55. PAPILIO *Ædea*, H. alis oblongis integerrimis albo maculatis: superioribus virescentibus; inferioribus fascia flava.

Clerk t. 4. f. 2.

Habitat in India. M. R.

Thorax cærulefcens. Abdomen flavescens. Alæ superiores supra virescentes fasciis tribus ex maculis albis sparsis inæqualibus. Subtus medio cærulefcens, albo maculatæ, fascia flava. Inferiores concolores nigro-cærulefcens maculis circiter 5 albis & lata fascia flava in medio.

56. PAPILIO *Melite* H. alis flavis: superioribus supra nigris, lineis duabus fasciaque flavis.

Clerk t. 44. f. 5.

Habitat in Indiis.

Magnitudo fere *P. Urtica*. Alæ primores supra nigrae. Maculae duæ, oblongæ ad basin, quarum anterior lanceolata; posterior marginis interioris; fascia in medio alæ flava, quæ marginem internam non tangit. Subtus albæ marginæ antico flavo. Posticæ supra flavæ margine postico nigro. Subtus flavæ strigis duabus, fuscis, obsolete.

57. PAPILIO *Scylla* D. alis flavis: primoribus supra albis margine nigris, posticis margine nigro-punctatis.

Habitat

Habitat in Java.

Media: Alæ primores supra albæ, margine exteriorè nigro; subtus flavæ, fusco irroratæ & puncto fusco ocellari in medio. Posticæ supra flavæ, margine postico punctis 5 nigris. Subtus flavæ fusco irroratæ margine postico punctis 7 nigris, scilicet in alterna cæsta unico. Pedes flavis, Oculi brunei.

58. PAPILIO *Polybe* D. a'is integerrimis: posticis dentatis: supra fusco virentibus, subtus viridi sericeis venis atris.

Habitat.

Alæ primores supra fusco-virescentes, sericeæ; in medio anteriore macula gemina undata nigra. Subtus parte demudata viridi-sericeæ venis nigricantibus; occultata vero cæruleo sericeæ: Posticæ supra disco virescentes, sericeæ; subtus virides sericeæ venis atris ramosis; margo interior cæruleus & postice lobatus dentibusque cæruleis; maculis nigris. Abdomen subtus luteum. Antennæ nigrae, elevatæ.

59. PAPILIO *Pbilea* D. alis integerrimis angulatis flavis; primoribus macula; posticis limbo luteis.

Roes. in: 4. t. 3. f. 5.

Habitat in Indiis.

60. PAPILIO *Pbilemela* D. F. alis integerrimis fuscis; primoribus ocello unico, posticis ter duabus.

Habitat in Java.

Similimus Pap. Hyperanto, sed triplo minor, s. Argi magnitudine. Alæ integerrimæ, concolores: supra fusca; subtus nebulosæ, strigis transversis vix manifestis. Primores utrinque ocello majore ad angulum exteriorem. Posticæ vero ocellis sex sive potius ter duabus versus marginem posticum, quarum duo ultimi minutissimi; sed hi omnes in pagina superiorè minus evidentes.

61. PAPILIO *Elesto* D. alis integerrimis rotundatis luteis margine nigris; posticis subtus ocello sesqui-altero albo. Post. 72.

Pet. gaz. t. 9. f. 11.

Habi-

Habitat ad Cap. B. spei.

Magnitudo *media*. Alæ primores supra *saturate luteæ puncto nigro in disco*, & *marginè postico latissime nigro*. Subtus *flavæ puncto nigro; limbo postico virescenti-luteo, cum maculis tribus nigris trigonis: secundaria supra luteæ, limbo postico nigro*. Subtus *luteæ puncto in medio albo & adjecto minore, margine ferrugineo cinctis*. *Limbus posticus virescens*. Antennæ & Pedes *sanguinei*.

62. PAPILIO *Helcita* D. alis integerrimis concoloribus luteis limbo nigro punctis septem albis.

Clerk t. 39. f. 4.

Habitat in Indiis M. R. V.

Magnitudo *Pap. Cardamines*. Alæ *luteæ, sed exteriore ambitu nigricantes, quæ nigredo undatim distinguitur suo margine a disco luteo, in singulæ alæ limbo nigro puncta majora circiter septem albæ sunt: sed in primoribus fere confluunt*. Corpus *supra nigrum dorso punctis albis; subtus luteum thorace punctis albis*.

63. PAPILIO *Idea* D. alis integerrimis rotundatis albis venis maculisque nigris: primoribus margine nigro albo punctato.

Clerk t. 38. f. 1.

Habitat in Indiis M. R.

Major reliquis omnibus Danais. Alæ *albæ venis latis nigris anastomosantibus*. Anteriores alæ *exteriori lato margine nigro, in quo series ex punctis albis; ad anum 2. quasi palpi flavi*.

64. PAPILIO *Strilidore* D. alis integerrimis nigris: primoribus albo maculatis; postici basis subtusque albis.

Habitat in Philadelphia. De Geer.

Magnitudo *media*. Alæ primores *macula alba transversa in medio versus apicem*. *Alia ad marginem tenuiorem. Puncta alba 2. ad apicem; 2. fere in medio; nonnulla*

nullæ ad marginem tenuiorem. Posticæ macula alba magna versus basin; at omnes subtus albæ venis nigris. Thorax albo punctatus.

65. PAPILIO *Eurydice* D. alis fuscis: subtus primoribus ocellis quatuor, posticis sex.

Habitat in Philadelphia. De Geer.

Similis *Pap. Hyperante*. Alæ integerrimæ, supra fuscæ; posticæ obsolete ocellatæ. Primores subtus ad marginem posteriorem ocellis quatuor nigris pupilla alba. Posticæ ocellis quinque intra marginem posticum & sexto remotiori.

66. PAPILIO *Demophile* D. alis albidis fasciis duabus margineque fuscis; posticis subtus subincarnatis.

Clerk t. 28. f. 4.

Habitat in Indiis.

Statura *Pap. Brassicæ*. Alæ integræ vel parum repandæ. Superiores supra fasciis duabus albis, utroque apice attenuatis. Subtus pallidiores, fuscæ faciis duabus albo virescentibus, interiore lata. Posticæ supra fuscæ disco albo inæquali. Subtus subincarnatæ angulo antico croceo.

67. PAPILIO *ecclipsis* D. aîis integerrimis angulatis flavis primoribus punctis duobus maculaque nigris, posticis ocello cæruleo.

Pet. gaz. 16. t. 10. f. 6. bona.

Habitat in America Septentrionali De Geer.

Facies exactissime *Papil Rhodani*. Sed alæ primores in medio macula oblonga fusca, intra quam 2. puncta nigra. Posticæ puncto nigro & ad marginem exteriorem ocellus cæruleus.

68. PAPILIO *Canace* N. alis angulatis supra cæruleis fascia dilutiori; subtus luteo virideque marmoratis.

Statura *Pap. Atalantæ*. Alæ supra fusco-cæruleæ, dentatæ, angulatæ fascia communi cyanea, sive dilute cærulea:
primo-

primores fasciâ bac interruptâ & pone apicem puncto albo; subtus marmoratâ luteo viridescente nebuloso. In medio omnium subtus punctum angulatum luteum.

69. PAPILIO *Hypermnestra* N. a'is nigricantibus; subtus ferrugineo nebulosis; Posticæ postice ferrugineis puncto albo.

Habitat in Java.

Media. Alæ obsolete dentatæ, supra nigrae. Sed posticæ limbo postico ferrugineo. Subtus omnes ferrugineo nebulosæ; posticæ in medio puncto niveo.

70. PAPILIO *Talaus* D. a'is rotundatis fasciis; primoribus maculis albis basique sanguineis; posticis area alba M. R.

Clerk t. 45. f. t.

Habitat in Indiis.

Magnitudo & facies P. Nelei 187. Alæ subconcolores: macula baseos alarum anticarum tantum a latere superiore conspicua; area alba posticarum supra, in medio, ovata; subtus, magis ad basin; angulata.

An sexus tantum Nelei?

71. PAPILIO *Ariadne* N. a'is supra subferrugineis strigis nigris undulatis; primoribus antice puncto niveo.

Habitat in Java.

Statura Pap. Calbi. Antennæ nigrae vix clavatae. Alæ angulato-denticulatæ: supra testaceo-luteæ s. f. 6. strigis nigris, undulatis. Primores utrinque puncto albo ad marginem anticum, fere in medio. Omnes margine postico albæ, subtus concolores quidem, sed fasciis ferrugineis cinerascensibusque nebulosæ.

72. PAPILIO *Atlites* N. alis cinerascensibus; supra primoribus ocellis fenis, posticis quinque: quibusdam cæcis.

Habitat in Asia Clerk.

Corpus cinereum. Antennæ fusca. Pedes pallidi anticis muticis. Alæ primores; supra cinerascens ad
mar-

marginem anticum lineolæ transversæ, fuscæ, undatæ; intra marginem anteriorem ocellis 6, quorum 4 & 6 cæci. Posticæ supra cinerascens, intra marginem anteriorem ocelli 5, quorum 3 & 4 cæci; Intra ocellos & marginem lineæ 2 fuscæ, repandæ. Subtus omnes pallide Linea fusca, transversa, repanda; intra priorem lineolæ fuscæ subundulatæ: extra lineam in singula ala ocelli 2 & puncta aliquot in eadem lineæ.

73. PAPILO *Fatrophe* N. alis angulatis pallidis lineis undatis maculisque: primoribus puncto unico: posticisque duobus nigricantibus. M. R. 33.

Merian. Surin. 4. t. 4.

Habitat in Fatrophe Americæ.

74. PAPILO *Dido* N. alis oblongis dentatis subconcoloribus nigris viridi maculatis; posticis fascia maculisque septem transversis.

Merian. Surin. 3. t. 3.

Clerk t. 30. f. 2.

Habitat in America Meridionali.

Statura alarum Pap. Heliconiorum, sed posticæ subdentatæ.

Primores basi macula longitudinali; Posticæ fascia lata basæ & fascia e maculis omnibus cærulescentibus.

75. PAPILO *Hyperbius* N. alis dentatis luteis; primoribus extimo nigris: fascia alba; posticis subtus argentatis quinque ocellatis.

Habitat in China. Clerk.

Structura. Pap. Paphiæ, sed duplo major. Alæ primores concolores, versus basin luteæ, versus apicem nigra: nigra area versus apicem subtus pallidior maculata argentata. Fascia alba in area nigra utrinque, cum puncto albo. Area lutea utrinque, lituris 4 transversis ad costam & postice punctis 4 nigris. Alæ posticæ supra luteæ punctis 15 s. 18 nigris; margo posticus ater lunulis duplicatis cæruleis. Subtus bæ alæ pallidiores sive virescenti griseæ, nigro argenteoque obsoleto nebulosæ, cum ocellis 5. pupilla argentea: in disco postico intra marginem posticum lineæ repandæ nigra.

76. PAPILIO *Cydippe* N. alis dentatis supra nigro-cærulefcentibus albo maculatis; area communi rubra; subtus marmoratis.

Clerk t. 36. f. 1.

Habitat in India.

Magnitudo *Pap. Populi*: Alæ supra omnes nigrae; cæruleo resplendentes; ad marginem exteriorem lunulae lineares, albæ, duplici serie. In anticis plaga transversa ex maculis albis. Area communis alarum omnium in medio ad basin rubra. Subtus omnes marmoratae et testaceo maculis cærulefcentibus & albis. In posticis series duplex et maculis nigris albo margine.

77. PAPILIO *Peleus* P. alis integerrimis utrinque atris primoribus fascia lineari rubra, exteriusque luteo maculatis.

Clerk t. 45. f. 5.

Habitat in Indiis.

Habitus & omnia *Pap. Pberecli 155. sed extra fasciam rubram maculae confluentes lutescentes.*

An femina Pberecli?

78. PAPILIO *Actorion* P. alis subcaudatis fuscis superioribus fascia lutescente exteriore maculaque cærulea postica; subtus ocello.

Clerk t. 36. f. 2.

Habitat in Indiis.

Magnitudo media vix *P. Urticae*. Alæ margine repandæ: supra fusca. Primores fascia, versus apicem, testacea cum punctis duobus obsolete in apice; margo posticus macula ovata cyanea. Postica fusca subcaudata. Subtus omnes testaceæ griseo-undulatae: Primores ocello ad apicem. Posticæ macula rotunda, parva, pallida, intra marginem anticum.

79. PAPILIO *Arcius* alis caudatis nigris: fasciis duabus hyalinis, caudis cæruleis.

Clerk. t. 46. f. 6.

Habi-

Habitat = = *M. R.*

Magnitudo *Sphing: Statices*. Alæ primores *concoloros, atræ, ovatæ, integerrimæ fasciis duabus hyalinis; altera in medio; altera basin versus*. Alæ posticæ *atræ, desinentes in caudam ipsa ala longiorem, azurcam, medio fascia hyalina transverse longitudinali*. Macula minima *coccinea ad basin anteriorem alæ primoris & alia paulo major ad angulum ani*. Antennæ *clavatæ, atræ*. Sub abdomine *etiam rubedo apparet*.

80. PAPHILIO *Augias* P. alis integerrimis divaricatis fulvis; fascia obliqua margineque postico nigris.

Habitat in Java, China.

Simillimus *Pap. Commati; sed paulo major*. Antennæ *capitatae terminatae spina curva*. Alæ *subconcoloros; Primores luteæ, in medio fascia nigra, obliqua, quæ marginem exteriorem non tangit, & margine postico latius nigro ex maculis constructo*. Posticæ *nigricantes maculis duabus magis fulvis: anteriore minore*. Subtus *omnes flavæ nigro irroratæ, nec subtus albis quadratis maculis adspersæ ut Comma*.

81. SPHINX *sexta* alis integris omnibus margine postico albo punctis, abdomine ocellis duodecim fulvis. *Broun. Fam: 438. t. 43. f. 17.*

Habitat in Carolina, Jamaica.

Statura *Sphin. convolvuli*. Corpus *cinereum*. Alæ *cinereæ margine postico septem punctis albis*. In alis superioribus *punctum album versus latus exterius*. Abdomen *cinereum ocellis 6 parium, fulvis, annulo nigro*.

82. PHALÆNA *gangis*, alis superioribus subincarnatis litura longitudinali nigra postice abrupta, abdomine supra sanguineo.

Habitat in Java.

Magnitudo *Phal. Plantaginis*, antennas non vidi. Caput *rubrum*. Alæ superiores *supra pallide incarnatæ*. Sutura longitudinalis *nigra a vertice ad scutellum ducta*. Litura in singula ala superiore *nigra longitudinalis, sed versus*

posteriora oblique interrupta. Alæ & corpus subtus fuscum. Abdominis dorsum sanguineum distinctum a fusco punctis nigris.

83. PHALÆNA *Pbalonia* N. spirilinguis, alis flavis: posticis concoloribus disco flavis lunula ambituque nigro.

Clerk t. 48.

Habitat in Indiis.

Media. Alæ patule flavæ. Superiores supra colore vario modo in diversis variegato. Subtus medietate exteriori nigricantes fascia alba. Inferiores concolores flavæ limbo lato nigro margine quasi albo dentato & in medio lunula nigra.

84. PHALÆNA *beteroclita* N.? spirilingvis, alis superioribus angustioribus fuscis maculis 3 flavis, posticis flavis extimo fuscis.

Habitat in Indiis M. R.

Magnitudo media. Antennæ desunt. Alæ superiores lanceolatae, obtusæ, fuscae: fascia in medio flavæ, quæ non tangit marginem posticum; alia a basi versus transversalem lanceolata. Tertia a basi ad medium marginis postici. Subtus albæ excepto margine antico flavo. Inferiores latissimæ flavæ margine postico fusco. Subtus flavæ. Thorax dorso nigricans.

NEUROPTERA.

85. LIBELLULA *carolina*, alis hyalinis: posticis tota basi fuscis.

Habitat in Carolina Garden.

Media. Alæ superiores lanceolatae: inferiores versus basin dilatatae; omnes hyalinæ, reticulatae vasis. Ante marginem anticum omnes macula fusca. Posticæ alæ tota basi, ab anteriore ad posteriorem marginem & quidem ad $\frac{1}{2}$ totius fere alæ, sunt fuscae rufo reticulatae. Thorax griseus, immaculatus. Abdomen ferrugineum segmento ultimo nigro.

86 LIBELLULA *variegata* alis patentibus fusco-cærulefcente flavoque variegatis apice hyalinis. M., R. L. W.

Habi-

Habitat in Indiis.

Magnitudo *Libell. vulgatae*. Oculi *brunnei*; Thorax *viridis*. Abdomen *supra nigricans linea viridi*. Alæ *variegatae ex caeruleo & luteo; sed caeruleus color antice magis fuscus; apices hyalini magis in anticis, quam posticis*. Alæ *posticae multo latiores sunt*. In *primoribus versus apicem antice litura illa libellulis communis*.

87. HEMEROBIUS *pectinicornis* antennis *pectinatis*, alis *abidis signaturis nervisque fuscis albo articulatis*.

Habitat in Pennsylvania. De Geer.

Magnitudo *inter maximos*. Antennæ *nigræ uno tantum latere pectinatae*.

HYMENOPTERA.

88. SIREX *columba* abdomine *mucronato nigro fasciis testaceis*.

Habitat in America. De Geer.

Affinis Sir. Gigantes. Abdomen *in apicem etjam exeunte*. Caput & antennæ *testaceæ*. Thorax *subvillosus, testaceus & nigro varius*. Pedes *flavi*.

89. SPHEX *pensylvanica* abdomine *plicato atro*, alis *subviolaceis*.

Habitat in Pennsylvania De Geer.

Magnitudo *Crabronis, totus niger*. Thorax *villosus*. Abdomen *thorace minus*.

90. SPHEX *caerulea caerulea*, alis *fuscis*.

Catesb. Car. p. 5. t. 5.

Habitat in Philadelphia De Geer.

Pedes atro caerulei sunt. Simillimus figurae Catesbæi, sed absque puncto nigro in apice alarum.

91. VESPA *maculata nigra*, thorace *albo maculato*, scutelloque *quadrinaculato*, abdomine *postice albo maculato*.

Habitat in Pennsylvania De Geer.

Statura & magnitudo *Crabronis*. Frons *maculis tribus albis*, maximorum *latera alba*. Thorax *ante alas macula*

curva; sub alis puncto albo. Ad scutellum 2 parva macularum albarum remota. Abdomen atrum, postice albo maculatum.

92. VESPA *quadridens* atra, thorace quadridentato, fcutello primoque segmento abdominis niveo.

Habitat in Pennsylvania. De Geer.

Tota nigra. Thorax utrinque basi supra macula alba. Scutelli loco alba macula. Thorax postice truncatus, utrinque 2. dentibus notatus. Abdominis segmentum primum maxima ex parte album. Alæ atro-subviolaceæ.

93. VESPA *annularis* fusca, genubus antennarum apicibus margineque primi segmenti abdominis flavis.

Habitat in Pennsylvania. De Geer.

Media. Alæ planæ. Thorax maculatus, ante alæ magis ferrugineus. Tibiarum bases flavescens.

94. FORMICA *binodis* nigra, abdomine glaberri-
mo segmentis duobus primis subglobosis.

Habitat in Jamaica.

*Magnitudo formicæ nigræ nostratis. Alæ hyalinæ. Cotpus totum nigrum. Abdomen atrum, nitidum: Segmen-
tis 2 primis angustioribus gibbosis. Antennæ apice fusca
& crassiores.*

DIPTERA.

95. ASILUS *astuans* cinereus, abdominis tribus ul-
timis segmentis albis.

Habitat in Pennsylvania. De Geer.

*Genitale figurare, compressum, atrum caudæ adhæret
ut nostratibus.*

APTERA.

96. CANCER *Dormia* brachyurus hirsutus, thora-
ce utrinque dentato, pedibus posticis ungvibus geminis.

Ruph. Mus. t. 11. f. 1. Cancer Lanosus.

Seb. Mus. 3. t. 18. f. 1.

Habitat in Indiis.

97. CANCER *Vocaus* brachyurus, thorace subqua-
drato inermi, chela alter magna.

Syst. nat. 10. p. 626. n. 6.

Marogr.

Marcgr. bras. 184. Maracoani.

Pis. bras. 77. t. 78.

Rumph. Mus. 14. t. 10. f. 3.

Catesb. car. 2. t. 25. Carenarius.

Seb. Mus. 3. t. 18. f. 8.

Habitat in utraque India.

Testa lævis inermis, ex quadrato antice lateralibus dilatata. Discus quasi H. impresso; latera quasi 2 striis obliquis; inter oculos integra. Anguli anteriores prominuli.

Chela dextra, interdum sinistra, semper altera, maxima, oblonga, albida, lævis. Pollex mobilis, compressus, arcuatus, introrsum granulatus. Digitus compressus, rectus, apice subtridentatus, introrsum granulatus, medio denticulo notatus. Chela minor minuta digitis rectis ciliatis. Pedes variis pilis; ungvibus acutis omnes.

98. *CANCER cordatus brachyurus, thorace lævi cordato integerrimo, chelis subtus muricatis.*

Habitat Surinami.

Majusculus. Testa cordata apice posteriora respiciente. lævis, margine subcarinato; disco lateribus gibbo; in medio quasi H. depressum. Inter oculos vix emarginata. Oculi cylindrici. Palpebra inferior crenulata. Chela lævis, sed subtus valde muricatæ verrucis conicis nigris. Brachia triangula angulis muricatis. Pedes reliqui omnes subtus maxime barbati.

99. *CANCER epheliticus brachyurus, thorace lævi mutico maculato: margine crenulato, manibus cristatis.*

Rumph. Mus. t. 8. f. 5.

Habitat in Carolina Garden.

Testa latior quam longa, convexa, subequalis, postice angustata, flava maculis varis fulvis rubro margine picta. Margo crenulatus. Rostrum obtusum, integrum. Chelæ intus planæ; extus convexæ muricatæ, margine superiore cristatæ.

100. *CANCER parasiticus brachyurus, thorace inæqua-*

æquali orbiculato ciliato, pedibus dorſalibus quatuor.

Habitat in America intra Camam lazarum D. D. Jaquin.
 Testa magnitudine dimidii imperialis. Thorax orbicula-
 tus, integerrimus, convexus, cinereus, levis, subinequa-
 lis tuberculis paucis minutissimis. In Dorſo pedes 4 minores;
 ungvibus duobus aduncis. Pedes subtus 4 præter manus
 Cauda inflexa brevis.

101. CANCER filiformis linearis medio chelatus,
 pedibus quatuor.

Habitat in Malacca And. Grönberg.

Corpus lineare teretiſculum, magnitudine culicis. An-
 tennæ longæ articulis 3: ultimo ex innumeris minutissimis
 articulis fere setaceo. Palpi 2, incurvi 3 articulis. Tho-
 rax linearis 2 articulis, corpore $\frac{1}{2}$ brevius. Brachia setis
 2, breviora. Manus ovatæ magnæ Carina uno alterove den-
 ticulo. Corpus posterius articulis 2, longitudine thoracis,
 sub his 2. parvia ovariorum. Cauda corpus 2 parvis articulis,
 ad singulos hos articulos par pedum breviorum articulis 3. s.
 4. brevissimis & digito incurvo subhamoso; hi 4. pedes viden-
 tur quasi in cauda hæere. Cauda obtusissima.

102. ONISCUS linearis cauda quadridentata.

Habitat in Oceano Surinami.

Linearis longitudine pollicari utrinque quasi dentatus.
 Antennæ longitudine corporis articulis 1, 2, 3. crassioribus;
 reliquis in setam attenuatis. Cauda longior, emargina-
 ta dentibus duobus, cui foliola lateralia adnata,
 unde quadridentata fit.





